



## BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

# Obispado de Astorga.

---

SUMARIO.—Constitución sobre la extensión del Jubileo á todo el Orbe católico.—Breves indicaciones sobre lo mismo.—Relación de los señores que han recibido Ordenes Sagrados en las últimas Témporas de Adviento.—Reparación de un atropello.—Anuncio de Cruzada.

---

EXTENSIO VNIVERSALIS JVVILEI  
 IN VRBE CELEBRATI  
 ANNO DOMINI MILLESIMO NONIGENTESIMO  
 AD VNIVERSVM CATHOLICVM ORBEM  
**LEO EPISCOPOVS**  
 SERVVS SERVORVM DEI

VNIVERSIS CHRISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS INSPECTURIS

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Temporis quidem sacri, quod solemní cærimoniarum religio-  
 ne hesterno die conclusimus, sicut incundus Nobis decursus fuit,  
 sic est futura grata recordatio. Quod enim Ecclesia optarat, quod-



que spectarat unice, ut permoveret salutariter animos post annos quinque et septuaginta instaurata celebritas, id videmur, annuente Dei numine, consecuti. Non enim pauci, sed ad centena millia et ex omnibus civitatum ordinibus numerantur, qui extraordinariam sacræ indulgentiæ potiundæ facultatem libentes magnaque cum alacritate arripere studuerint. Neque est dubitandum, quin pœnitentia salutaris expiati atque ad christianas virtutes renovati plurimorum animi inde fuerint: ob eamque rem novum quoddam fidei pietatisque robur ex hoc fonte et capite catholici nominis usquequaque influxisse, non inmerito existimamus.

Iamvero, quod in simili caussa Decessores Nostri consuevere, nunc est in animo Apostolicæ caritatis dilatare spatia, amplio-remque cælestium bonorum præbere facultatem. Nimirum concreditum Nobis thesaurum indulgentiæ sacræ, qui anno exacto Romæ tantum patuit amplissime, eundem dimidiato anno proximo in toto orbe catholico patere universitati christifidelium volumus. Valebit id quidem, arbitramur, latius ad revocandos christianos mores, ad copulandas cum Apostolica Sede arctius voluntates, ad cetera vulgo comparanda bona, quæ fuse persecuti sumus, cum primo Iubilæum magnum indiximus. Pertinebit id ipsum ad ex orientis sæculi primordia rite dedicanda: neque enim aptius videmus iniri posse sæculum, quam si homines instituant de promeritis Redemptionis Christi uberius proficere. Minime vero dubitamus, quin novum hoc salutis præsidium omnes Ecclesiæ filii eo sint animo accepturi, quo est a Nobis exhibitum. Confidimus autem Venerabiles Fratres Episcopos, universumque clerum, pro explorata ipsorum vigilantia diligentiaque daturus, uti par est, operam, ut communia optata plenissime eveniant.

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, Iubilæum magnum, quod in hac Sacra Urbe celebratum est, ad universum catholicum orbem per has litteras extendimus ac sex mensium spatio prorogamus, et pro extenso prorogatoque haberi volumus.

Quapropter omnibus utriusque sexus Christifidelibus in quacumque ora ac parte terrarum existentibus, etiam iis qui forsitan elapso anno Sacro Romam venerunt, ibique seu alibi quavis ra-



tione hoc idem Iubilæum a Nobis concessum adepti sunt, qui intra sex menses a die publicationis harum litterarum in qualibet Diœcesi factæ computandos, Ecclesiam Cathedralem in civitate episcopali, et maiorem in ceteris locis diœcesis, tresque alias tam in illa, quam in istis, ab ipsis Ordinariis sive per se, sive per suos Officiales, aut Parochos vel Vicarios foraneos, designandas, semel saltem in die per quindecim continuos vel interpolatos dies, sive naturales, sive etiam ecclesiásticos, nimirum a primis Vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei crepusculum devote visitaverint, et pro Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, vere pœnitentibus et confessis, sacraque Communione reffectis, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam misericorditer in Domino semel concedimus et impertimus, ita tamen ut Confessio annualis et Sacra Communio Paschalis ad effectum lucrandi Iubilæi minime suffragentur. In locis vero, in quibus quatuor Ecclesiarum defectus verificetur, eisdem Ordinariis eodemque modo facultas conceditur designandi minorem Ecclesiarum numerum, seu etiam unam; si una tantum adsit Ecclesia, in quibus vel in qua fideles aliarum Ecclesiarum visitationes supplere possint, eas vel eam visitantes iteratis ac distinctis vicibus, eodem die naturali vel ecclesiastico, ita tamen ut numerus visitationum omnium sit sexaginta et per quindecim continuos vel interpolatos dies distribuantur. Ratione vero habita peculiaris conditionis, in qua certas quasdam personas versari contigerit, hæc statuimus:

I. Navigantes et iter facientes, si post elapsos sex menses dictos ad sua domicilia, aut alio ad certam stationem se receperint, peractis quæ præscripta sunt, et visitata quindecim vicibus Ecclesia Cathedrali, vel maiori aut Parochiali eorum domicilii vel stationis, eandem indulgentiam consequi possint.

II. Locorum Ordinariis facultatem facimus dispensandi a præscriptis visitationibus Moniales, Oblatas, aliasque puellas ac mulieres in claustris monasteriorum aut in aliis piis domibus et Communitatibus vitam agentibus; item Anachoretas et Eremitas,



aut alias quaslibet personas in carcere aut captivitate existentes, aut valetudine vel alio impedimento detentas, quominus statutas visitationes peragant; eisque omnibus et et singulis in locum visitationum alia pia opera sive per se ipsos, sive per eorum earumve Regulares P.ælatos aut Confessarios, etiam extra sacramentalem Confessionem, conmutandi; similiter dispensandi pueros, nondum ad primam Communionem admisos, eisque alia pia opera etiam pro sacramentali Communionem præscribendi; Capitulis autem, Congregationibus tam sæcularium quam regularium, Sodalitatibus seu Collegiis quibuscumque, nec non Christifidelibus cum proprio Parocho, aut alio sacerdote ab eo deputato, statutas Ecclesias processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum reducendi.

De Confessario Iubilæi hæc indulgemus:

I. Moniales earumque Novitiæ sibi ad hunc effectum eligere poterunt Confessarium quemquemque ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario loci approbatum.

II. Ceteri omnes utriusque sexus Christifideles tam laici quam ecclesiastici, Sæcularis et cuiusvis Ordinis et Instituti etiam specialiter nominandi Regulares poterunt ad eundem effectum sibi eligere quemcumque presbyterum Confessarium, tam Sæcularem, quam cuiusvis Ordinis et Instituti etiam diversi Regularem, ab Ordinario actuali loci ad audiendas personarum sæcularium confessiones approbatum; vel, si agatur de Regularibus, Confessarium proprii Ordinis eligere volentibus, a Prælato Regulari ad suorum Religiosorum audiendas confessiones approbatum.

III. Confessario ita approbato et ad effectum lucrandi Iubilæi electo facultatem hac vice concedimus, intra dictum semestris spatium in foro dumtaxat conscientiæ absolvendi ab excommunicationis, suspensionis et aliis ecclesiasticis sententiis et censuris a iure vel ab homine quavis de causa latis seu inflictis, etiam Ordinariis locorum, ac Nobis et Sedi Apostolicæ, etiam in casibus cuicumque ac Summo Pontifici et Sedi Apostolicæ speciali licet forma reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, necnon ab omnibus peccatis et excessibus, quantumcumque gravibus et enormibus,



etiam iisdem Ordinariis ac Nobis et Sedi Apostolicæ, ut præferatur, reservatis, iniuncta pœnitentia salutari aliisque de iure iniungendis. Excipitur crimen absolutionis complicitis, quod ter, aut amplius admissam fuerit.—Præcipue vero hæreticos, qui fuerint publice, dogmatizantes, ne absolvat, nisi, abiurata hæresi, scandalum, ut par est, reparaverint; item qui bona vel iura ecclesiastica acquisierint sine venia, ne absolvat nisi iis restitutis aut se composuerint, vel sincere promiserint, quam primum se composituros apud Ordinarium, vel apud Sanctam Sedem.

IV. Item vota quæcumque etiam jurata, et Sedi Apostolicæ reservata (Castitatis, Religionis et obligatorii, quæ a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de damno tertii semper exceptis, necnon poenalibus, quæ præservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura iudicetur eiusmodi, ut non minus a peccato committendo refrænet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera commutare; et cum pœnitentibus huiusmodi in Sacris Ordinibus constitutis etiam Regularibus super occulta irregularitate ad exercitium eorundem Ordinum et ad superiorum assecutionem, ob censurarum violationem dumtaxat contracta, dispensari possit, dummodo ad forum ecclesiasticum non sit deducta, nec facile deducenda.

V. Similique modo cum illis quiscenter vel ignoranter, cum impedimento gradus secundi et tertii, vel tertii solius, aut tertii et quarti, vel quarti solius consanguinitatis, vel affinitatis etiam ex copula licita proveniente, matrimonium iam contraxerunt, dummodo huiusmodi impedimentum occultum remaneat, dispensare pro foro tantum conscientie possit ad remanendum in matrimonio.

VI. Similiter, pro foro conscientie tantum dispensare valeat super impedimento dirimente occulto tam primi et secundi, quam primi tantum, aut secundi tantum gradus affinitatis ex copula illicita proveniente in matrimonio contracto; atque etiam, dummodo causæ graves et quæ canonice sufficientes habentur intersint, in contrahendo: ita tamen ut, si huiusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatæ, vel desponsandæ, huius nativitas copulam antecesserit, et non aliter,



VII. Dispensare similiter, pro eodem foro, tam de contracto, quam de contrahendo possit super impedimento cognationis spiritualis, itemque super occulto impedimento criminis, neutro tamen machinante, idest quando solum concurrant adulterium et fides data de matrimonio contrahendo post coniugis mortem.

VIII. Dispensare ad petendum debitum possit in casu affinitatis incestuosæ matrimonio supervenientis.

IX. Ad petendum pariter debitum cum illis qui voto simplici castitatis obstricti matrimonium contraxerunt, dispensare valeat, illos monendo facturos contra id votum, si extra usum matrimonialem delinquant, ac remansuros eodem prorsus ac antea voto obstrictos, si coniugi supervixerint.

X. Nolumus autem per præsentem litteras super aliqua alia irregularitate vel publica, vel occulta, seu defectu aut nota, aliaque incapacitate aut inhabilitate quoquo modo contractis dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super præmissis dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiae; nolumus ulli Confessario facultatem tribuere absolvendi complicem in quolibet inhonesto contra sextum Præceptum peccato; aut complici licentiam imperitari eligendi confessarium huiusmodi ad effectum præsentium, ut iam in Constitutione Benedicti XIV, quæ incipit *Sacramentum Pœnitentiæ* declaratum fuit: nec quidquam præfatæ et aliis pontificiis Constitutionibus derogare volumus quoad obligationem denunciationum; neque demum iis, qui a Nobis et Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato seu Iudice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias et Censuras incidisse declarati vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictorum sex mensium satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo has easdem Litteras suffragari posse aut debere.

Ceterum, siqui post inchoata, huius Iubilæi consequendii animo, præscripta opera, præfinitum Visitationum numerum morbo impediti complere nequiverint, Nos piæ promptæque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem vere pœni-



tentes et confessos, ac Sacra Communionem refectos, prædictæ Indulgentiæ et remissionis participes fieri volumus. Si qui autem post obtentas absolutiones a censuris, aut votorum commutationes seu dispensationes prædictas, serium illud ac sincerum ad id alias requisitum propositum eiusdem Iubilæi lucrandi, ac cetera necessaria opera adimplendi mutaverint; licet propter id ipsum a peccati reatu immunes vix censi possint; nihilominus huiusmodi absolutiones, commutationes et dispensationes ab ipsis cum prædicta animi dispositione obtentas, in suo vigore persistere decernimus ac declaramus.

Præsentem Litteras per omnia validas et efficaces suosque plenarios effectus, ubicumque publicatæ et executioni demandatæ fuerint, sortiri et obtinere, omnibusque Christifidelibus in Apostolicæ Sedis gratia manentibus plenissime suffragari volumus et decernimus; non obstantibus, de Indulgentiis non concedendis ad instar, et Universalibus, Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis Constitutionibus, Ordinationibus, et generalibus seu specialibus absolutionum seu relaxationum ac dispensationum reservationibus, necnon quorumcumque etiam Mendicantium et Militarium Ordinum, Congregationum et Institutuum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis et Litteris Apostolicis eisdem concessis, præsertim in quibus caveatur expresse, quod alicuius Ordinis, Congregationis et Instituti Professores extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur: quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, huiusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissime servatis habentes; pro hac vice et ad premissorum effectum dumtaxat, plenissime derogamus; ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem, ut harum Litterarum transumptis sive exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ muni-



tis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ extensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti et voluntatis infringere, vel ei ausui temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo noningentesimo, Octavo Calendas Ianuarii, Pontificatus Nostri Anno vicesimo tertio.

C. CARD. ALOISI-MASELLA PRO-DAT.—A. CARD. MACCHI VISA.—DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS.—*Loco†Plumbi.*—*Reg. in Secret. Brevium.*—I, CVGNONIVS.

---

Oportunamente nuestro Excmo. Prelado usando de las facultades que se le conceden determinará el tiempo y especificará todas las obras que es necesario practicar para ganar este Jubileo Universal.

---

## BREVES INDICACIONES

### SOBRE LA EXTENSIÓN DEL JUBILEO Á TODO EL ORBE CATÓLICO.

---

Siendo inmensos los tesoros espirituales que la Iglesia ofrece á sus fieles hijos en el santo tiempo del Jubileo, es muy oportuno decir algo sobre tan interesante asunto.

Al terminar el *Año Santo*, el Sumo Pontífice promulga la Bula de extensión del Jubileo á todo el orbe. El tiempo que por ley general se concede es el de seis meses, á contar desde la publicación de la Bula en cada diócesis, y sin especial privilegio sólo admite prórroga para los que, habiendo emprendido un largo viaje, por mar ó por tierra, vuelven á sus respectivas diócesis cuando, ó ha transcurrido ya el tiempo legal, ó los días que restan no son suficientes para cumplir todas las obras pre-



ceptuadas. Esos por tanto pueden ganar el Jubileo á la vuelta. Y creemos que en esta excepción están comprendidos los que impensadamente, y cuando ya han empezado á correr los seis meses, se ven precisados á emprender un viaje del que no vuelven en tiempo oportuno. Por el contrario, opinamos que los que, previendo que en los últimos meses del Jubileo han de encontrarse imposibilitados para llenar las condiciones que se exigen no procuran cumplirlas antes que llegue el impedimento, deben considerarse incluidos en la ley general, toda vez que *in causa* se imposibilitan voluntariamente para lucrarlo.

Así como al tratar del Jubileo ordinario en general, es clásica y fundamental la Bula *Inter præteritos*, de Benedicto XIV, de igual modo lo es, en lo que á la extensión del mismo á todo el orbe se refiere, la que empieza *Benedictus Deus* del mismo sapientísimo Pontífice. Por tanto á ella deberán atenerse los Obispos y los confesores, en todo aquello que no se oponga á la Constitución actual, por la cual se concede el Jubileo.

Los que durante el año jubilar reservado á Roma hubieren ganado allí las gracias que se conceden, ó por privilegio hayan sido partícipes del beneficio, sin ir á la Ciudad Eterna, podrán nuevamente conseguirlas todas, cumpliendo, como es consiguiente, las prácticas que se prescriben.

A fin de proceder con método y claridad en estas indicaciones, expondremos en párrafos separados los puntos más importantes, advirtiéndole que, para evitar enojosas repeticiones, damos por sabido cuanto en otros lugares dijimos respecto de la materia, á los cuales remitimos al lector que cuidará de no aplicar al Jubileo extendido á toda la Iglesia, lo que es propio del mismo durante el año santo para sola Roma.

I. *Obras que se prescriben.*—Estas son mientras otra cosa no ordena la Santa Sede, la confesión y comunión, y visita de iglesias. Para ganar el Jubileo basta que se haga la última en estado de gracia.

a) *Confesión y Comunión.*—Como dentro de los seis meses puede coincidir el tiempo pascual, y según el principio general las obras prescritas se entienden *non aliunde debita*, á no ser



que en la Bula de indicción y extensión del Jubileo conste lo contrario, es indudable que no basta cumplir con el precepto de la Pascua para ganar las indulgencias jubilaires, sino que es necesario repetir las. «*Sacra Pœnitentiaria declarat (4.º) única confessione et communione: non posse satisfieri præcepto paschali, et simul acquiri Jubilæum.*» (25 Jun. 1875, por mandato especial de Pío IX.)

Sin embargo, cuando la confesión y la comunión se hacen dentro del tiempo pascual y con el fin de ganar el Jubileo, no es necesario repetir la confesión, aunque sí la comunión: «*Ex Sacræ Pœnitentiariæ responsis certum est, haud satisfieri posse præcepto paschali et Jubilæum lucrari unica confessione et communione: potestne unus et alter attingi finis duabus communionibus et unica confessione? Resp. affirmative: firma tamen remanente obligatione satisfaciendi, si nondum quis satisfecerit, præcepto annuæ confessionis.*» (V. *Acta S. Sedis*, vol. VIII, pág. 361 *ad VII.*)

Síguese de esta resolución que quien se hubiese confesado antes de empezar el tiempo pascual, lo mismo que el que no tuviere pecados mortales durante ese tiempo, sólo está obligado á confesarse una vez, y esta ordenada á ganar el Jubileo, pues que el cumplimiento del precepto pascual no impone á los fieles que carecen de pecados mortales actuales, la confesión; pero debe comulgar dos veces, una por el precepto y otra por el Jubileo. Mas después de haber confesado y comulgado una vez sea para cumplir el precepto, sea para ganar el Jubileo, claro es que deberá repetir también la confesión, pues de otro modo ó no satisfaría al precepto, ó no ganaría el Jubileo. (Véase *Lehumkuhl*, vol. II. n. 549, a.)

Hemos dicho que basta que la última obra prescripta se cumpla en estado de gracia; por consiguiente, quien antes de ejecutar otras hubiese confesado y comulgado (lo cual recomendamos eficazmente hagan todos al principiar y al terminar las obras prescritas) y cayere por su desgracia en pecado mortal debe nuevamente confesarse antes de hacer la última, advirtiéndole que no basta la perfecta contrición, pues *Benedicto*



XIV exige la absolución sacramental (*Inter præteritos*, pár. 79).

Por una razón semejante, si un confesor impusiera á su penitente como satisfacción una confesión y comunión, mientras aquél no lo exprese, debe entenderse que de ningún modo bastaría una para el cumplimiento de la penitencia impuesta, y para obtener el Jubileo.

*b) Visitas de iglesias.*—Respecto del número de iglesias que es preciso visitar, nada decimos, pues bien claramente lo determina Benedicto XIV en el pár. 2.º de su Constitución *Benedictus Deus*, que está siempre en vigor, á no ser en lo que sea derogada por la Bula de extensión.

Claro es que son más los puntos en que existen una sola iglesia, que en los que hay cuatro ó más. Cuando no hay más iglesia que la parroquial, el Ordinario está autorizado para mandar que se visite tantas veces esa sola, cuantas son las que cada día de los quince prescritos debieran visitar, es decir, cuatro veces en el mismo día, y con algún breve intervalo entre una visita y otra (*Decret. Urbis et Orbis*, 15 Mart. 1852.) Lo cual pueden autorizar los Ordinarios aunque nada diga la Bula de extensión del nuevo Jubileo.

En cuanto á los regulares, téngase presente, que aunque gozan del privilegio de poder ganar las indulgencias anejas á las visitas de las iglesias existentes en el lugar en que residen, visitando la propia, este privilegio no se extiende al Jubileo, que no ganarán sino visitando las respectivas iglesias designadas por el Ordinario, en cuya diócesis está enclavado el convento, salvo el caso en que la Santa Sede autorice al Obispo para designar sola la iglesia regular para los regulares, ó estos, legítimamente impedidos hayan obtenido de su confesor la conmutación. Esta doctrina está basada en repetidas y nada ambiguas decisiones de la Sagrada Penitenciaría, de las que se colige, además de lo dicho, que los abades y otros prelados regulares con jurisdicción cuasi episcopal, si bien son de derecho Ordinarios de sus religiosos, no son como tales considerados en orden á la designación de las iglesias que sus súbditos deben visitar para ganar el Jubileo.—«An religiosi jubilæum lucrari valeant peragentes in propria ecclesia visi-



tationes ad id præscriptas?—Resp. *Negative*» (1875. Véase *Acta S. Sædis*, vol. VIII, pág. 554.)—«Utrum abbates et prælati regulares, utpote jurisdictionem quasi episcopalem in subditos intra septa sui respective monasterii proprii suis subditis visitandam designare valeant ad lucranda Jubilæi indulgentiam? Resp. *Negative*» (15 Dec. 1886.) Lo más práctico para los regulares es obtener singularmente del confesor la conmutación, según se deduce de las siguientes resoluciones; «I. Utrum regulares *in claustris degentes* indulgentias Jubilæi lucrari valeant ex sola dispositione litterarum, *Quoad auctoritate apostólica*, visitando propriam ecclesiam, quin opus sit aliqua concessione vel commutatione? II. Et quatenus negative ad primum, utrum Ordinarius id ipsis concedere valeat? III. Utrum potius recurrere debeant singuli ad confessarium pro commutatione obtinenda?—Resp. (24 April. 1889.) Ad I. *Negative*.—Ad II. *Providebitur in sequenti*.—Ad III. *Affirmative*.»

Solamente los abades *nullius* pueden ser considerados como Ordinarios para los indicados efectos.

Al hacer las visitas y rogar por los fines que Benedicto XIV expresa en el pár. 2.º citado, no basta orar solo mentalmente, sino que también debe hacerse oración vocal (*Inter præteritos*, par. 83), que basta por sí sola.

En gracia de aquellos que no pudieren por sí mismos dilucidar ciertos puntos secundarios, cúmplenos hacer algunas aclaraciones.

1.º El número de visitas preceptuadas debe hacerse durante los seis meses, pero cada día han de visitarse cuatro iglesias, ó cuatro veces una sola, donde no haya más. El día puede computarse ó civil, de media noche á media noche, ó eclesiásticamente, desde las primeras vísperas del día, hasta el crepúsculo: más claro: desde las diez y media de la mañana, en Cuaresma, de un día, y fuera de la cuaresma, desde la hora en que suelen rezarse las Vísperas (1) hasta después de puesto el sol al siguiente.

---

(1) Donde haya Catedral, colegiata ó convento, la hora para empezar las visitas fuera del tiempo de Cuaresma, es la que en dichos sitios tocan á Vísperas. En algunos pueblos suelen cantarse las vísperas del Patrono ó titular á la puesta del sol. Esto no es norma, si no hay catedral se pueden empezar á la una de la tarde.



He aquí la tabla que trae Ferraris en su *Bibliotheca prompta* (*v Indulgentiæ* art. 6, n. 53) respecto de la hora en que termina el crepúsculo de la tarde, y, por consiguiente, en que concluye el día eclesiástico:

«Desde el 1.º de Enero hasta el 25 de Febrero, cinco cuartos de hora despues de puesto el sol: desde esta fecha hasta el 1.º de Abril, una hora: 1.º de Mayo, hora y media: 1.º de Junio, una hora y tres cuartos: 13 de Julio, hora y media: 26 de Agosto, cinco cuartos de hora: 17 de Septiembre, una hora: 1.º de Noviembre hasta 1.º de Enero, cinco cuartos de hora.»

No somos competentes para responder de la exactitud de dichos cálculos, que los astrónomos podrán corregir en relación con la duración del crepúsculo vespertino, en los diversos países; pero mientras no tengamos otros, á ellos debemos atenernos.

No se olvide tampoco que el *Ave María* por la tarde suele tocarse media hora después de puesto el sol.

Pueden, por tanto, hacerse las cuatro visitas según el cómputo civil ó eclesiástico; y aun en un mismo día pueden terminarse las cuatro del día civil antes de vísperas, y á la hora de éstas anticipar para el siguiente computado eclesiásticamente, una, dos ó más; pero debe dejarse alguna para lo que resta, esto es, para todo el siguiente hasta el crepúsculo.

2.ª Ya hemos indicado que en cada visita, la oración debe ser vocal, sin que por esto se excluya la mental; y los fines por los que sé ha de rogar son por la exaltación de la Iglesia católica, la extirpación de las heregías, la paz y concordia entre los Príncipes católicos y la salud del pueblo cristiano. No es, pues, necesario hacer las visitas á pie, caminar orando de una iglesia á otra, visitar determinados altares, orar de rodillas, y rezar determinadas preces, aunque todo esto es altamente recomendable y meritorio, si se practica con espíritu de penitencia. Tampoco es necesario rogar expresamente por cada uno de los fines expresados, bastando que se rece algo, por ejemplo: un Padrenuestro, Avemaría y Gloria, según la intención del Romano Pontífice. (S. Ind. C. *in Valentina* ad 3<sup>um</sup> 12 de Julio de 1846.)

Nada hay determinado acerca del tiempo que ha de durar ca-



da visita; pero San Alfonso (lib. VI; n. 538, quæ. V (enseña que su duración debe ser, cuando menos, la del tiempo que se tarde en rezar devotamente cinco veces el Padrenuestro y Avemaría; doctrina que está muy conforme con lo que dice Benedicto XIV *Inter præleritos*, párrafo 83.)

3.º Respecto de la comunión, baste advertir que con los adultos no está permitido el conmutar la comunión, á no ser que por razón de enfermedad no pudiesen retener la sagrada Forma, en cuyo caso el confesor podrá conmutarla. Mas como no todos los niños que han llegado al uso de la razón han hecho la primera comunión, con éstos puede cualquier confesor, sin especiales facultades, conmutar esta obra.

Finalmente, no es necesario guardar orden en el cumplimiento de las obras prescriptas; pero no se olvide que los visitas á las cuatro iglesias, ó cuatro veces á una, deberán siempre hacerse en el término de un día eclesiástico ó civil, y que la última obra ha de ejecutarse en estado de gracia.

(De La Ciudad de Dios.)

---

*Relación de los Sres. que han recibido Ordenes sagrados en las pasadas Témporas de Adviento de 1900.*

### **Tonsura y Menores.**

D. Amando Fernández García.—D. Andrés Franco y Franco.—D. Camilo Sanchez Rodríguez.—D. Domingo Fernández Montecino.—D. Domingo Perez Calvo.—D. Francisco Ferrero Rodríguez.—D. Francisco Velasco Arias.—D. Juan Francisco Castriello García.—D. Juan de Prada Rodriguez.—D. Manuel Morán de Prada.—D. Matías Nistal Mendaña.—D. Inocencio Merayo García.

### **Menores.**

D. Genaro Martínez Mallo.—D. Pablo Perez Perandones.

### **Tonsura Menores y Subdiaconado.**

D. Roque Veiga Prieto.

### **Subdiaconado.**

D. Angel Rivera Perez.—D. Angel Saavedra S. Roman.—



D. Germán Guerra García.—D. Jaime García Fernández.—don José Feijoó Falcón.—D. José Gallego Vega.—D. Juan Barrio Saavedra.—D. Juan Francisco Martínez Vega.—D. Rafael Gallego Alonso.—Fr. Nicanor Mutiloa y Frurita.—Fr. Mariano Martín y Pancorbo.—Fr. Rafael Caveró y Caveró.—Fr. Teófilo Escribano y Tamayo.—Fr. Vicente Renuncio y Toribio.

### **Diaconado.**

D. Elias Vega Bugallo.—D. José María Bardón Arias.—don José Courel Soto.—D. Manuel Fernández Cereijo

### **Presbiterado.**

D. Adolfo Palmero Rodríguez.—D. Andrés Avelino Sobejano y Sobejano.—D. Andrés Fernández Barrigón.—D. Egidio Junquera Furones.—D. Emilio Villanueva Valcarce.—Fr. Evencio Mediavilla.—D. Guillermo González Herranz.—D. José Bolaño Caneda.—D. José Antonio Criado y Criado.—D. José de la Fuente Sastre.—D. Lorenzo Juárez Feliz.—D. Marcos Juárez Gomez.—D. Pedro Villar Vazquez.—D. Sergio Ovalle Perez.

---

## **REPARACIÓN DE UN ATROPELLO**

---

El 15 de Julio último, el alcalde de Navianos de Valverde, tuvo la osadía de esperar á su Párroco á la salida de la misa popular y obligarle á que le siguiese á la casa de Ayuntamiento, donde le exigió, en presencia y con grave escándalo de muchos vecinos, una retractación de lo que había predicado en aquel día al ofertorio de la misa popular.

Puesto el hecho en conocimiento del Prelado, y este á su vez dando traslado del mismo á la primera Autoridad de la provincia de Zamora á cuya jurisdicción pertenece el pueblo de Navianos, el muy digno Sr. Gobernador pasó el tanto de culpa á los tribunales ordinarios, y en su virtud quedó suspenso en su cargo el Alcalde, sin perjuicio además de lo que resulte en la causa instruida y pendiente del fallo de la Audiencia de Zamora.

Entre tanto, tenemos sumo gusto en publicar la reparación pública hecha por el mencionado Alcalde el domingo, 30 de Diciembre del año pasado, en la Iglesia parroquial de Navianos.

### **ESCRITO DE REPARACIÓN Y SATISFACCIÓN PÚBLICA**

---

Yo Julián Ferrero Prieto, Alcalde que fuí de este pueblo, sabeis que en 15 de Julio próximo pasado



tuve la debilidad de faltar, por ignorancia á nuestro párroco D. Cándido García Cobreros; reconocido el error y deseando estar en buenas relaciones con dicho señor, le pido perdón, como feligrés, como alcalde que era entonces, y por lo tanto representante del pueblo, y quiero y deseo que en lo sucesivo ninguno, ya como particular ya como autoridad, le falte al respeto y á la dignidad de su sagrado cargo. Todo lo cual quiero que sirva de satisfacción debida aquí y en cualquiera parte á donde haya llegado la noticia del atropello y grande desorden por mi promovido.

*Julián Ferrero.*

---

**Administración de Cruzada.**

---

Desde 1.º de Febrero se hallarán instaladas las oficinas de este Centro en la casa n.º 2., calle de Santa Marta; frente á la que habita el procurador San Román.

*Astorga 15 de Enero de 1901.*

JUAN MARÍA RUBIO.

---

**RECLAMACIONES DE BOLETINES.**

Se han servido los de las Parroquias y Anejos siguientes:

Colinas de Trasmonte, 2 números; San Juan de la Mata, 12 id.; Santa Marina, 7 id.; Friera de Valverde 1 id.; Santa Marta de Tera, 3 id.; Barrio la Puente, 2 id.; Villaferrueña (Benavente), 1 id.; Milles de la Polvorosa, 1 id.; Castrillo y San Pelayo, 5 id.; Tremor de Abajo, 3 id.; Valdesantamaría, 5 id.; Navianos de Valverde, 2 id.; Santa Eulalia, 2 id.; Quintela de Edroso, 1 id.; Melgar, 3 id. y Pumarejo de Tera, 3 id.

Se han agotado los números siguientes: 5, 9, 11, 13, 16 y 17.

**Viuda é Hijo de López.**

---

**Astorga—La Bañeza.**

Imp. y Lib. de la Viuda é Hijo de López, Rua antigua 5 y 7.